

C L O S I R O S P E R M U M. * *Fusele.*

97. CHAR. DIAGN. *Perigynanda communis* simplex,
I. sepala, cuius basi, accessorium squamuliforme.

Semina, stipitata : pappo piloso.

CHAR. PEC. *Fl.* lingulatus.

Perigynanda communis, simplex, I-sepala, pluripartita, cuius basi, accessorium squamulosum.

Elytriculi omnes floris compositi monoclini : singuli, plani, apice truncati ac dentati.

Discus communis, nudus.

Semina, omnia fertilia, in stipitem attenuantia : pappo piloso.

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia simplicia. Quaed. Picrid. Linn.

P I C R I S. *Vermigraine.*

98. CHAR. DIAGN. *Perigynanda communis*, 2-plex.

Semina, oblonga, rugosa.

Discus, nudus.

Pappus seminum, sessilis, plumosus.

CHAR. PEC. *Fl.* lingulatus.

Perigynanda communis, 2-plex ; utraque, I-sepala ; exterior, pluripartita, major, persistens : laciniis conniventibus ; interior, altero obductus.

Elytriculi omnes monoclini, plani, apice dentato-truncati.

Discus communis, nudus.

Semina, omnia fertilia, oblonga, rugosa : pappo *sessili* plumoso, coronata.

Proles in hac specie, caulescentes.

Folia simplicia. Quaed. etiam Hierac. Jacq.